

Et tetigit me deus manū eius inter humeros: usq; adeo / ut ad  
medullam spinę dorsi mei frigiditas manus eius pertransiret  
Et dixit mihi deus: Imposui tibi & plebi tuę orationes. Cūq;  
descendissem ad quartum cœlum / consuluit mihi Moyses: ut  
reuerterer ad leuandum populū / qui tot oratiōes ferre non po-  
terat. Et primo reditu obtinui remissionē a decem usq; ad q̄r-  
tam: & a quarto reditu usq; ad septimū: Et in fine tantū in mi-  
nus venit numerus orationū / ut paucę remanerent. Cūq; dice-  
ret Moyses: nec hoc poterū ferre homines: Ego p̄cōfusiōe  
verecundatus / q̄ totiens ascenderim: nolui plus ascēdere: sed  
rediens ad Elmparac / equitaui descendens in domum Mecce:  
Horū aut̄ omniū tempus minus fuit q̄ decima pars noctis. Vi-  
sionis aut̄ huius plus est quod dimisimus q̄ quod narravimus  
Cūq; narrasset Mahometus uniuersis gentibus / mille homi-  
nes a lege recesserunt. Dicentibus autē illis ei: Ascende de die  
in cœlum: ut nos aspiciamus & videamus obuiantes tibi ange-  
los: Non recognouit suūpsius mendaciū / sed dixit: Laus deo-  
meo: Nunquid aliud quoddam sum ego q̄ unus hominum &  
apostolus. Sic in capitlo p̄phetarū narrat de his qui querebāt  
ab eo fieri miracula: sicq; dixerunt Mahometo: Audiisti in-  
sonnia blasphemias congregasti: vel forte poetice loqueris:  
Venī ad nos ad minus in uno miraculo / quo modo missi sunt  
& priores. Respondit: Subuertimus dixit deus: vrbes coram  
Solutio va nō credentibus: nunquid hi credent? & quō expectant ab eo  
na Maho / miracula: Et respondit eis: qm̄ qui p̄cesserūt vos / non credi-  
meti.  
*C* derūt miraculis: & neq; vos etiam miraculis crederetis / nisi p-  
ensem. Audite igit̄ Mahometani: si Alcoranū verum existi-  
matis: ipse enim Mahometus est / qui affirmat nullum miracu-  
lum se fecisse. Longe autē plures fuerunt quos ensis consum-  
psit / q̄ qui gratis eum secuti sunt: sicut supius demonstratum  
est. Hęc sola fictio visionis p̄dictę / debet sufficere ad confu-  
tandum quicquid dixit & fecit mahometus. Sicut em̄ sepenus-  
mero antedictum est: Sic permisit eum spiritu sanctus mens  
q̄ dispar i tirī: ut quilibet homo facile figmentum cognosceret. Nunc  
dicitis sibi quidem dicit de seipso inaudita miracula: aliquando autem  
ipsi Maho dicit se nullum miraculum fecisse: & aliquando dicit: q̄ est  
metus. solum nuncius & homo: aliquando vero q̄ / & plus est q̄: